

Leuit. 2. c. 13: & ignem alienū inferri altari suo,
 Leuit. 10. a. 1. Quod autem pretium cultibus si-
 ne verbo suo confictis statuat, audimus ex ore
 Prophetæ, Quis hæc requisivit de manibus ve-
 stris? Esa. 1. c. 12. Et illa voce nihil frequētius,
 Quod præcipio tibi, hoc tantum facito. Nō fa-
 ciet quisque quod sibi bonum videbitur, Deut.
 12. a. 8. d. 32, & alibi. Nec aliter pronūtiat Chri-
 stus, Matth. 15. a. 9, Frustra me colunt docen-
 tes doctrinas præcepta hominum. Quin etiam
 Paulus cū superstitiones vocat εθελοθρησκείας
 hoc nomine satis repudiat quicquid ex seipsis
 homines obtrudunt Deo, Colos. 2. d. 23. Talis
 sobrietas magistris sorbonicis cum sit hæretica:
 quem nobis colendi Dei modum præscribent?

Iob. 34. a. 6.

Artic. 7.

In iudicādo enim me mendacium est.

Annotatio, Cogor mentiri, quum ius
 etiam pro me habeo. Bibliis 1532. In an-
 notationibus autem Bibliorum 1545, Su-
 per iure meo mentiri debeo.

Censura, Vtraque propositio falsa est,
 hæretica, impia, & blasphemata: quasi pos-
 simus cogi aut obligari ad aliquid quod